Salzburg (?), Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Remansit autem solus noe
et qui cum eo erat in archa. ob
tinuerunt aquae terras centum
quinquaginta diebus. Recorda
tus autem dominus noe omnium
animantium et omnium iumentorum
quae erant cum eo in archa. adduxit
spiritum super terram. et imminutae sunt
aquae. et clausi sunt fontes abyssi. et cataractae coeli et prohibi
tae sunt pluviae de coelo. et reversae
sunt aquae de terra euntes et redeun
tes. Cumque transisset quadraginta
dies aperiens noe archae fenestram
dimisit corvum. qui egrediebatur
et non revertebatur donec siccaretur aquae super terram. Emisit
quoque columbam post eum ut videret
si iam cessassent aquae. Quae cum
non invenisset. ut requiesceret
pes eius revertens est ad eum in
archam. aquae enim erant super uniuersam terram. Extendens manum.
et apprehensam intulit in archam.
Expectans autem ultra septem dies
alios rursum dimisit columbam
de archa. at illa venit ad eum ad
uespere. portans ramum olivae
virentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo noe quod cessassent
aquae super terram. loquutus est autem
dominus ad noe dicens. Egredere de
archa tu et uxor tua. filii tui
et uxores filiorum tuorum tecum. et
cuncta animantia quae sunt apud
te ex omni carne tam in volu
cribus quam in iumentis et omni
bus reptilibus quae reptant super
terram educ tecum. et egredimini super
terram. Crescite et multiplicamini
super terram. Egressus est ergo
noe et filii eius uxor eius et
uxores filiorum eius cum eo. sed et
omnia animantia et reptilia quae rep
tant super terram secundum genera sua
de archa egressa sunt. Aedificavit
autem noe altare domino. et tollens de
cunctis pecoribus et volucri
bus mundis obtulit holocau
sta super altare. Odoratusque
est dominus odorem suavitatis. oro.

Deus qui es in omnium
bonis virtus et luminum
cercum respice propitius ad tua
ecclesie mirabile sacramentum.
et opus humanae salutis per
tue dispositionis effectum tran
quillus operare. totumque mun
dus expiatur et vivat directa
erigi. inveterata novari. et per
eum redire in integrum omnia a
quo sumpsere principium. Per.

Et tentavit dominus sed temptatio.
abraham. et dixit ad eum.
Abraham abraham. Et ille respondit.
Adsum. Ait illi. Tolle filium
tuum unigenitum quem diligis y
saac et vade in terram visionis.
atque offer eum ibi in holocau
stum super unum montium quem